



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

De VVelfone, Qvi Mehtildam duxit & in Choufringin obiit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

fentatus ad Idololatriam angariatur. Ille sanum ingressus, animi & corporis viribus robustissimus, Idola, quæ adorare debuit, non Deos sed opera manuum ostendens in frusta comminuit. Ob hoc productus exquisitissime suppliciis affectus Martyrio coronatus est. Itam comitissam matrem Leopoldi Marchionis orientalis, quæ similiter in eodem comitatu fuit, unus de Principibus Sarracenorum rapuit, & impurissimo sibi matrimonio copulauit, ex eaq; sanguinem illum sceleratissimum Vtamut progenuit.

fere. Maßmutter

DE VVELFONE, QVI MEHTILDAM
duxit & in Choufringin obiit.

9-

Igitur post mortem patris Gvelfo maior natu paternum Ducatum recepit. Vir moderatissimus, qui magis liberalitate & facilitate quam crudelitate omnia sibi resistentia subiecit. Domum suam ordinatissime disposuit. Vnde & nobilissimi quique & vtriusque prouinciarum filios suos eius magisterio educandos certatim commendauerunt. In Italia tamen cum his, qui patrimonium suum iniuste usurpauerant, & suos pessimos circumuentionibus molestauerant, saepissime durissimos conflictus habuit. Romæ cum Imperatore Heinrico quinto fuit, cum Papam Paschalem captiuauit, immunis tamen scelere ab hoc. Nam cum omnimodis ab eo declinare non posset, mediato rem se ad compositionem faciendam interposuit, sic que factum est, ut Imperator tandem eius consilio ad dignam satisfactionem humiliaretur, & Papa eum pro bono pacis clementer ac paternè susciperet & consecraret.

Accepit autem Mahtildam nobilissimi ac ditissimi Italicis Marchionis Bonifacij filiam in uxorem, fœminam

A a . 2

viri-

M.C.A.V.
S.I.I
V.M. I.M.
S.I.V
Z.4

virilis animi, quæ ad instar fortissimi principi totam
ram illam suo dominio subiugavit, quam tamen postea
scio quo interueniente diuortio repudiauit. Denique
mnibus suis benè cōpositis, morbo corruptus in villa
fringen diem clausit extreum, & in Altorf deponi
iuxta patrem & matrem sepultus est.

10.

DE HEINRICO DVCE QVI FA-
CITUS ESC monachus.

HEINRICVS frater eius Ducatum & omnia que
erant obtinuit, & potentes ditioni suæ subiugavit,
vxorem iam dudum viuente patre de Saxonia accepit,
am Magmonis Ducis, & Sophiæ sororis *sua* Regis Vir-
riæ Colomanni VVulfidem nomine. Erat tandem ead
Sophia antea cuidā de Carinthia copulata, ex qua gen
Poponem Marchionem, qui duas filias, vnam Bertham
Comiti de Bogen copulauit. Porro soror huius Sophia la
gi Græcorum nupsit. Aliam sororem eius Berchtam
dam Comes ex claustro quodam sanctimonialium ab
etiam duxit, & ex ea Fridericum Ratisponensem Aduo
tuim genuit. Ipsa autem Sophia ex Duce Magmone
tuor filias habuit, V Vulfidem nostram, Alicugam matre
Magmone. Adelberti Marchionis de Saxonia, tertiam quam duxit De
Morauit, quartam quam Egehardus Comes de Schirn
quodam monasterio sanctimonialium in Ratispona ab
lit, ac sibi matrimonio copulauit, Ottonomij Palatinus
ex ea progenuit. Heinricus igitur Dux ex V Vulfilde, pri
ter illos, quos infra annos cœlestis patriæ suscepit, pro
filios habuit; Cunradum, Heinricum, Gvvelfonem Equo
tuor filias; Iuditam, Sophiam, Mahtildem, V Vulfidem
Iudita nupsit Friderico Sueorum Duci, quæ Frideric

*Hec vox, suæ,
videtur delen-
da.*

*An legendum
Maginone? m.
s. habebat ubique
Magmone.*